

Epicedium Quod in Obitum ... Viri Iuvenis Dn. Ernesti Cothmanni, I.U.C. Viri ... Dn. Johannis Cothmanni, Icti ... Filii perquam dilecti, Cum ille Giessae 4. Februarii pie placideq[ue] vitae pausam faceret ...

Rostochi[i]: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770477453>

Druck Freier  Zugang



Epicedium

Quod
in Obitum

Nobilissimi ac Florentissimi VIRI JUVENIS

**DN. ERNESTI
COTHMANNI,**
J. U. C.

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi & Consuleissimi

DN. JOHANNIS COTHMANNI,
Icti, Comitis Palatini, Sereniss. & Illustriss. Prin-
cipes Mecklenburgici Cancellarii ac ex Secre-
tioribus Consiliarii,
HÆREDITARII in Hinkenhagen &c.
Filii perquam dilecti,

Cum ille GIESSÆ 4. die Februarii piè placideq;
vitæ pausam faceret,
ibidemq; solenni more terræ communi
matri mandaretur,

Infucatae Condolentiae ergo
adcantatur

Popularibus Westphalis.

¶:(o):§

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1658.



Post miserios hominum casus mundique
procellas,
Cui datur ad cœlum scandere tutus
erit,

Nil nisi tristitia, clades, funestaq; bella
Nos miserios angunt, nos mala fata manent.

Volvitur incertis gradibus variabilis hora,

Creditur & Summum quilibet esse dies.

HASSIA nam tecum lugubria plectra moveamus;

Hoc ipsum proprio mœsta dolore probas

HASSIA, quæ quondam tenuisti nobile pignus

COTHMANNUM, patriæ deliciumq; suæ,

Assumis meritò turbatâ mente cupressum,

Sustulerit patriæ quod Libilitina Decus.

Ille Decus quondam generis, spes magna parentum,

Heu cadit Hassiacâ morte peremptus humo.

Indue pullatas vestes Academia luges;

GIESSENSES Musæ triste sonare melos,

Principis excelsi GÜSTROVIA Regia plange;


Nam COTHMANNIADUM luget honora domus.

Illa Domus virtute suâ spectabilis Orbi,

Quæ Mecklenburgi fulcra colenda tulit.


ERNE-

ERNESTI de Fratre Nepos quem clara Rhodante
Exculit, & cuius Nomen in Orbe viget.
Principis hic oculus, Regionis nobile Sidus;
Cujus virtutes postuma fama canit.
JOHANNIS (quem cura Dei, quem PRINCIPIS Aula
Ad summum laudis culmen honore vehit)
Filius heu! propera clausit sua lumina morte,
Et sic præpropero funere raptus obit.
Heu duram sortem Musis prægratus Alumnus
Cogitur extremas mortis obire vices.
Sed felix cecidit, coelestia pulpita scandens,
Jam canit Angelicum voce sonante Melos.
Interea Ciueri placidam nos jure quietem
Optamus, Cœli Spiritus astratenet.



Siccine turbatur naturæ cursus & ordo
 O spes fallaces ! Scriptio tristis ad
 Nuncia fama refert : Moritur peregrinus.
 Hassiacis, iterum filius ante patrem
 Octavus cursum properè jam ceperat annos
 Ast omnes nondum præteriere dicunt
 Cum primogenitum nimia inclemensiam
 In medio cursu hic abstulit ante diem
 Nostra Rhodante suo dum charo cive, caro
 Se vidit, luctus publica signa dedit
 Quis non hasce vices tristes , Vir Magne,
 Quas iterum imposuit nunc tibi deus
 Quod nos post redditum læti speravimus oportet
 Recidit ad nihilum, sic pia fatigata voluntate
 Ludit in humanis Domini suprema voluntate
 Illius haut nostra est prævalet illa
 Prævaleat merito, verboq; resistere eidem
 Non decet, hautè pium est, nam bene
 Bella cruenta, nefas, incendia, furtæ, rapinae
 Grassantur passim, nec pia, justa valet
 immundo mundo quis non excedere vellit
 Si visum fuerit, complacitumq; DEI
 Colligit ille suos, quibus hujus temporis auctor
 Et facti vultus verba nocere queant.
Summa DEI bonitas! onus hoc immisit &
 Ferre juvabit idem, ne opprimere
 Hunc haustum calicis, tibi quem nunc posse
 Edulcare sciet, pro bonitate sua;
 Sis mihi, sis patriæq; superistes Nestoris anno
 Incolumisq; bonis omnibus, atq; tibi
 Quibus pl. venerando Dn. saceroto, debet
 condoleniam declarare.

Albertus Willebrand



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 011